

In hac tabella proposui gēmas XII. numero, totidem Israēlis tribubus accommodatas, iuxta Epiphanium: hoc ordine, vt prima gemma filio pri mogenito, hoc est, maximo natu tri buatur, vltima vltimo & minimo na tu: secunda secundo, & reliquæ reli quis, secundum ætatis ordinem: sicut etiam in duabus humerorum maiori bus gemmis, quas Sardonyches inter pretantur, dextræ quidem sena maior um natu filiorum Israēlis insculpta erant nomina, sinistræ verò totidē mi norum. Addidimus autem singulis literam maiusculam, quæ matris cuiusq; nomen indicat: L. Leæ. Z. ancillæ eius. R. Rachelis. B. Balæ, ancillæ eius.

Colores, si cui addere libeat, rotū dam aut quadratam figuram in quo que spacio designet: & colores addā tur, vt h̄ic subiecimus. I. In primi loci figura, color Sardij, id est, Carne olæ dictæ gemmæ, quæ apud aurifa-

(y) 4